

Ovid.

Incaluitq; Deo, quem clausum pectore habebat. 24. Gratia supernaturalis iusta claritas linguarum infantium fecit disertas: igitur Benedictus & Soror praefer naturae curium, hymnodias Creatori apprimè modulabantur. Peccatores in communi habitaculo frigore culpae silent, ceterum hi gemelli fervore gratiae, cecidit adinstar minime silent, dum ardent. Ad instar cecidit, proposito dixi: quippe iuxta Plinium lib. 11. cap. 26. caret ore, & linguam habet in pectore. Haec tunc musica muta: verum si fit in corde, profecto & gratia.

Verbum Christi abundanter habitare in pectore discipulorum satagit misericordiae charitatis Doctor Gentium. Omnia per musicam instruenda quasi per indicem, hominem interiore vocum suavitate demonstrantem. Verbi Christi habitatio: Psalmis, hymnis, & canticis. Abundantia habitatio: In gratia canentes in cordibus vestris Deo. Canere in corde, novum utique: sed proponit in exemplum fingulare; quippe non habet meritum, nisi cordi conformetur ex ore canticum. Huiusmodi musicae consonantiam, ut cantica efformet in psallentibus delectabilem musicam, concinnat N. Patriarcha Regum, Sancti. cap. 19. dicens: Sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordat voci nostrae. Ecce meriti armonia, & tavoris acceptabilis musicae consonantia: quoniam minime placet musica vocis, sine musica pectoris.

Canentes in cordibus: Apostolus ut originem exponit gratiam, describens hanc sine musicam. Vivide prorsum, ubi Benedicti & Sororis auditur canticum: siquidem nisi gratia inest pectori, non esset carmen in ore. Gratia canentes in cordibus: id est, Afflatus Spiritus Sancti: subdit hic Chrysolomus. Quomodo quirent in ventre matris concinere, nisi viverent Deo pleni? In corde minime invenitur vox, sed impulsus ad vocem: in ore & gutture vocem efformatur modulamen: & vox quae invenitur in infantibus, est vox canentium in cordibus; quippequam & gratia impellebat cordium, quod resonabat ore musica canticum. Musica in ore, uti naturalis delectat, ceterum aures non innovat: musica pectoris, sine proportionem vocis, deservit admirationi; non auditur; quippe plus significat, quam dicit: & in corde parvolorum gratia musicam fraat; etenim iam verbum Christi in cordibus habitabat, dum lingua commota & corde laudes vel muta canebat.

25. Ulterius. Gratia non solum verbis

Christi habitabat in pectus indice musicae, sed abundanter. Abundat gratia; ubi foras prouit, quod intus laet. In cordibus non est vox, licet sit laus: cantus sine voce non fit: & dum audiuntur voces in utero diversis modulaminibus, designatur & aprè cantus in cordibus; siquidem abundantia gratiae cordis, diffundit gratiam in labijs. Musica illo in articulo non valebat & natura habere principium, dum infantibus constituit pro conditione silentium: & ubi merito vocantur infantes, vox quae auditur, designat gratia canentes; etenim haud possent pupi erumpere in musicam, nisi infantes haberent gratiam. Innuat Paulus: Docentes (ait) psalmis, hymnis, & canticis. Quid sine voce docturi infantes in utero genitricis Abundantiam gratiae, & miraculum insigne: quandoquidem quam gratiam vel in illo statu habebant; psalmis, hymnis & canticis explicabant. Gratiam canant, & etiam in cantione prodigium: etenim si tunc gratiam sanctificantem confert, magna fuit gratia; canticis demonstrari, universa mirabilia.

26. Ithac Vates Regius intendit enarrare, plaudens Dominum corde. Narrabo (ait) universa mirabilia tua. Quodnam erit argumentum, in cumulo innumerabilium mirabilium? Faxò subdit: Letabor, & exultabo in te, & psallam nomini tuo. In carmine, in exultatione, & laetitia insunt universa miracula? Utrique: sed intendite, quam singularis musica Benedicti. Tres hic numerantur species gaudij. Laetitia & dilatatione cordis: exultatio ab exterioribus signis: musica & quibusdam laetitia signis specialibus, vel affectibus. Ita D. Thom. 1. 2. quæst. 31. art. 3. ad 3. Laetitia cordis & gratia, exultatio & specialis gratia, musica & specialissima gratia. Gratia datur cordi, quae iurè gaudet; & percipitur abundanter concessa, dum cor laetificantem exultat: siquidem quam non valens continere intra pectus exterioribus signis, demonstrat cunctis, corporis exterioribus signis. Patuit in Ioanne (de quo Venant. de Part. V. ing. v. 54.)

Infans personat munere praeco novus.) in ventre genitricis sanctificato: Exultavit in gaudio infans in utero. Gaudium ex gratia concessa: sed ibi specialis gratia; quoniam exultatio subsecuta fuit laetitia, qua fruebatur per collatam gratiam. Ubi gratia communis, gaudium manet in corde purificato: & Ioannes infans prae gaudio etiam exultat in utero; quoniam specialis concessa in utero matris gratia, urgebat pectus in exteriora signa. Alibi de illo dicitur Gaudio gaudet: modo,

Gratia vocis cordis diffusa in labijs.

Ubi sup.

Psal. 9. 2.

Verf. 3. Demonstravit musicæ, quod possidebat in pectore.

D. Th.

Venant. Luc. 1. 44.

Gratia eius singularis.

Ioan. 3. 29.

Ubi singularis in.

In anima musica visa Dei mirabilia uniuersa.

Puer in utero Io triumphat.

August.

Ovid.

Horat.

Dan. 3. 61.

27. Exultavit in gaudio. Ibi laetitia communis: in utero genitricis gratia omnino singularis: quae quidem non appareret, nisi in alio genitricis exultaret; designante salubris corpore, quam gratiam Ioannes possidebat in pectore.

27. Ultra procedamus, ut resplendeat Benedictus. Gaudet in utero matris, exultat, sed exultat in modulatione musicæ. Primum, laetitia est: secundum exultatio; tertium utriusque perfectio. Prima gratia ex qua laetitia, & in utero, miraculum. Abundantia gratiae, ex qua exultatio, maius portentum: verum exultationem erumpere in vocem summum prodigium: & dum in laetitia & exultatione additur musica, mirabilia Dei proponuntur uniuersa; quippequam psallere in utero genitricis Benedictum, haud rite exponitur, nisi recensatur cumulus miraculorum. Magnum nam quod gratia impellat corpus, ut gestu explicet, quod corde continet; magna motibus loquitur, ubi voce loqui nullo modo permittitur: at inauditus, uti maximum, infantem prae gaudio promere vocem: unde David meditante laetitia & exultationi etiam addidit infantis nobile carmen; quoniam sine voce vocibus musica consona, uniuersa Domini mirabilia.

28. De quodam puero infante, inter prodigiola refert Ioannes Ravius in Offic. lib. 7. cap. 53. quod semeltris proclamavit triumphum. Miraculum naturæ est, verum non summum. Summum arbitror, quod refert Livius lib. 24. & recollit August. lib. 3. cap. 31. de Civit. Dei, scilicet, infantem in utero. Id triumphat clamasse, id plausus victoriae est. Hinc Ovid. lib. 4. Trist. Eleg. 2. Tempora Phoebea lauro singentur, Ioque Miles id magna voce triumphat canet. Ipse sono, planctusque simul, &c. Horatius lib. 4. Od. 2. v. 43.

Tumque dum procedis, id triumphat Non semel dicemus, id triumphat Civitas omnis

Eadem Valerius Martial. lib. 5. Epigr. 26. lib. 7. 5. & lib. 8. 4. Id dixit puer in matris utero, pro triumpho alieno. Benedictus, id triumphat de proprio: igitur cecinit adhuc in utero prodigiola musicæ, victoriam partam & gratia de peccato originali. Tacuerunt pueri missi & Nabuchodonosor in ignem: nullam laudis depremore vocem: sed ut vincula fracta, soluta sunt ora, explicantibus per vocem, quam & caelo feliciter accepterant libertatem. Quasi uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum. Quod accidit pueri in ignis fornacis.

ce, gratiam astruit Benedicti: iacebat ligatus, compedibus noxae constrictus; veram illico ut ignis gratiae combusit vincula culpae, melos auditum in ore, canente insignem novam victoriam, quam infans in utero acquisiverat per gratiam. Sacrificavit hostiam laudis per organa vobis, & nomen Domini oppidoquam invocavit; quia Dominus misericors vincula culpae ditupit. Claret merito novus psalmicen, dum in matris visceribus intonuit carmen, soluto involuero cordis, & permanentibus infantis corporis vinculis. Madet puer summam in puero felicitate. Euge vel & pupo eximie. Clares gratia, clares & nomine. Euge maxime: dicitur id triumphat: igitur monstra superat illi originis, & antequam nosces, & nosceris. Quasque ibi manibus circumplaudere tuorum, Undique iactata flore te gente vias.

Inde petes arcem, & delubra: faventia votis: Et dabitur merito laurea vota Iovi.

DIDASCALIA VI.

S. Benedictus ab ipso pueritiae tempore aetatem transiit.

1. C. Lamat Gregorius Magnus in Praef. ad vit. Benedicti lib. 2. Dialog. Non amplectitur communem regulam temporis vita singularis, nec in medio aetatis absconditur lucerna perfectionis. Noli dicere puer sum: praecipitur Ieremias vel in matris vulva. Non puer, qui prae teneritudine nequit formare verba? Aetas perfectionis non mensuratur aetate, sed virtute: & quem velut non perfectum continet mater, non est puer: quippe qui aetate transit per virtutis perfectionem, vel infans habet perfectissimam aetatem. Felix ingenium (inquit Seneca Epist. 95.) salutaria in transitu rapuit. Quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea quae tradi solent, perveniunt sine magisterio. Unde ista tam rapacia virtutum ingenia, vel ex se fertilia? In bonum promov citius eduxit ad summa. Benedictio pro felicitate usurpata, vita est in Littera Exposit. num. 9. & Abraham plauditur bis factus, dicente Domino: Benedicam tibi, erisque benedictus. Felix, quia nacta perfectio: & iterum felix; quippe quod alij in exitu, nancisceris in principio. Eris Benedictus Hebr. Et esto benedictio. Varietas lectionis apicem declarat felicitatis. Eris, futurum est tempus: Esto, praesens: & patet summa festi-

Culpae patet vincula fracta, audita monstra.

Ovid.

Gregori Mag.

Ieremia 1. 7.

Instris perfectio qua a principio

Seneca

Gen. 17. 21.

Summa praesens, qua futura.

licitas, dum ludit ætas; quod illi possessio sit, ubi aliorum collocatur spes: igitur cunctarum cumulus felicitatum, iam præiens bonum gratiæ, bonum futurum.

2. Minime eiusmodi felicitas fugit, dum Benedictus almus in lucem prodijt. Ad rem Angelus Manrique cecinit in *Poëm.*

*Vix Benedictus erat Benedicti nomen adeptus.*

*Cum, veniente Deo, bis Benedictus erat.* Multipliciter felix, habens, vel in primo flore ætatis, perfectionem, quæ aliorum decursu temporis. Tempus & Mensuram in eadem ara collocarunt Prisci, ut ait Oroz. *lib. 2. Embi. 44.* siquidem operationes egregiæ, sine mensura temporis, prudentiæ nonnumquam suspiciosa, & ad perfectionem deviz; quia minus prosperè, quod nimis prosperè: inquit Bernardus Serm. de *Div. Benedic. f.* festinandum, cum temporis pernici rotæ, ceteram lentè cum sorore mensura; ne qui assumit pennas, amittat plantas. Prudens utique consilium gradatim in culmen proficiscens, sed non volantibus. In illis aptè tempus & mensura: in his nescit tarda molimina gratia. Qui gratiam accipit ultra temporis mensuram, mensuram refugit temporis: igitur ab ipso pueritiæ tempore transit ætatem, ut brevi acquirat volatibus perfectionem. Laus magna Benedicto est, si iuxta temporis mensuram, operaretur paulatim in nominis gloriam: sed bis erat Benedictus, etiam dum pueritiz in illo florebat tempus: etenim adeptus duplicem benedictionem & felicitatem; ubi ita prosperè, & prosperè virtutis acquisivit perfectionem: quandoquidem presens erat illi vel in temporis initio, alijs futura perfectio. Tempus sine mensura: ultra mensuram gratia, quæ quidem transiens mirifice ætatem, perduxit puerum usque ad virtutis cacumen.

3. Perfectionis apicem intenderat adolescens optimæ indolis, cum Redemptori exposuit impulsus flagrantis cordis. Præcepta observari, quasi initium virtutis, ab Affectore præcipitur, sed dicit illi adolescens: *Omnia hæc custodi vi inventute mea.* Implicatoria videtur responsio è circuitu ætatis, ut adimpletio dati consilij crederetur possibilibus. Prior est infantia, quam pueritia, posterioque iuventus adolescentia: ita Henric. Stephanus *lib. 4. Schediast. 22.* Si ille adolescens, non ætate iuvenis: quomodo à iuventute legem observare poterat, si non venerat? Haud æstimabilia momenta virtutis iuxta, sed ultra mensura temporis: & qui adolescens tempore, iuvenis erat

virtute; quippe ut adipisceretur perfectionem, morum volatu petranficere ætatem. Supra ætatem virtus relictæ magna, temporis proculcatâ mensurâ: ad amissam perfectionis creditur in virtute magnitudo: & claruit virtutis adolescentis perfectio; dum quod alij in iuventute, obtinuit feliciter in adolescentiæ flore.

4. Ad magna gignitur Baptista, & patri ab Angelo promittitur magnus. Ut vera constet nascituri magnitudo, *Erit magnus coram Domino.* Magnitudo Ioannis tot insignibus constat, ut nesciatur in quo maxime constet præstantia. An quia sanctificatus in utero matris, adventum cognovit Redemptoris? Quia deserti locâ à puero petijt, in specum se abdidi, secam vixit, & alia mira, queis perfectio constat magna? Nullo modo. Quia maior patre, vel à principio vitæ: cecinit Paulinus Consularis in *Carm. de Bapt. v. 54.*

*Puer qui primo protinus ævo Te maior: sacras invidio in pectore vires Auctoris dono plus quam genitoris habebit.* Pater Baptista, dum illum habuit, erat ætate, atque virtute perfectâ: igitur lege observata, iustus ante Dominum signatus à Luca. Magnitudo virtutis præstabat in patre, quippe perfectus: nihilominus tamen infans exponitur magnus; quoniam virtus senis respondebat ætati, & ætas pueri superabatur virtute.

5. Præterea. *Te maior.* Perfectione, non ætate. *Te maior.* Maior senè? Uti que. Quotidie à iustis aliquid acquiritur perfectionis, gradatim ascendentibus cacumen usque virtutis: & dum confertur perfectioni perfectio, infans vix formati extollitur magnitudo; siquidem virtus magna, & gratiæ gloria, quod vix attingens ætatem, virtute vinceret senem. *Puer primo protinus ævo, te maior.* Magnus, quia te maior, etiam puer. Magnus, quia non solum tuam à puero perfectionem æquabit, sed sine mensura vincet: & ut magis rutilet magnitudo; vincet à puero, & ab ævo primo, quin præpediat tempus, quod palam protinus.

Commendatur iurè Baptista perfectio, & ab ætatis exordio, quoniam incipit à summo. Summa in ætate summa laudabilis est, sed non perfectior: & virtus Baptista virtute patris prænnunciatur maior; quoniam in brevi circulo temporis, virtus summe laudabilis, habens maiorem ab infantia perfectionem, quam pater habet perveniens in senectutem. A circumstantijs, maxime temporis, pendunt momenta virtutis: & mi-

Luc. 1. 15.

Magnitudo virtutis ex virtute senis patris.

Paulin.

Vista ætate.

Luc. 1. 14.

Parentis gaudium, vincit à virtute filiorum. Ovid.

Virtus magna, qua superiores superat.

Verf. 17

Et quod floreat in infantia, quid rutilat in senectute.

Et fit maior in infante, quam in senè.

mirum profectò, quod floreat in infante, virtus perfecta, quæ rutilabat in senè. Virtuti in cacumine montis semper preparatur thronus, siquidem petit ardua virtus: & cum perfectione senis collata perfectione virtutis, conceditur puero magnitudo perfectionis; quoniam meritò magnum, quod ascendente senè, puer vel infans requisieret in cacumine. Minime maior patre foret infans, ni gratia adderet conatibus alas: quandoquidem plusquam senex tot annis, obtinuit puer in momento, & à principio temporis. Tempus plerumque compedes conijcit festinanti, verum non magni, qui cedunt ætate temporis. Ultra tempus magna virtus: & puer Baptista uti magnus, ætatem transijt; ut adhuc infans in apicem perfectionis perveniret.

6. Aliquid discutendum diligenter latet. Magnus patri promittitur, sed magnus censetur, quia patre maior. In commendationem geniti abandonari sufficeret, quod parentem excederet: & plures essent, ut essent plures, virtutes acquisite, quam creditæ sanguine. Hinc dum filij Zachariæ designatur excellentia, patri virtute prolis vincendo, magna exponitur læticia, *Gaudium tibi erit & exultatio*: quippe ut canit Poëta *lib. 15. Met. am. Fabul. ult.*

*Et vincit gaudet ab illo. Sic & Saturnus minor est Iove, Iuppiter arcus*

*Temperat æthereas, & mundi regna triformis.* Ceterum proposito, perpende *Magnus & Maior.* Quomodo maior erit, quem Nuncius magnum supponit? Ut sit magnus sufficit, quod præcedat cæteris; ut sit maior, quod ancellat magnis. Maior magnus est, verum magnus non est maior. Quo igitur pacto magnorum præcellentia necessaria, ut Ioanni inesset magnitudo perfecta? Cum patre erat comparatio, qui quidem senex iustus describitur coram Domino. Zacharias magnus perfectione erat, quia cæteros virtute, & ætate superabat; sed ætatem non superabat virtus: & filius, quia parente maior, dicitur magnus; quippequam minime obtineret magnitudinem, ni superaret ab infantia superiorem. Iccircò non tantum magnus, sed magnus dicitur coram Domino. Magnus coram hominibus, qui præstat cæteris: sed magnus coram Domino, qui maior magnis. Zacharias ante Dominum, iustus: filius prænnunciatur magnus, iustus: magnum ab initio finis: & Ioannes adhuc infans magnus extollitur coram Domino, quoniam ætatem transiens cœpit à summo.

7. A pluribus DD. Benedictus adhuc puer confertur Baptista. D. Thom. *Qualib. 5. quæst. 11. art. 1. ad 1. & Opusc. 17. cap. 13.* Aimonius de *Gest. Franc. lib. 2. cap. 12.* Birgitta *Revelat. lib. 3. cap. 20.* Unde Stephanus III. in *Panegy. plaudit: Ave veri Sponsi amice.* Puer proficit ætate, sed magis adolescit in perfectione: igitur habuit, ætatem transiens, magnitudinem virtutis ab infantia, quam alij, estò perfecti, necdum obtinuerunt in senectæ. Magnus est coram Domino, quippe in flore ætatis, fructus coruscabant senectutis, diruptis vinculis temporis: siquidem eius proterrens mensuram, & intuens collatam gratiam; ut rutilaret perfectionis excellentia, perfectionem senem adeptus est ab infantia: ab ipso pueritiæ tempore, quo flamma maior sepelitur ætate. *Filius unius anni erat Saul, cum regnare cœpisset.* Potius quam ætatem, numerari arbitror perfectionem. Iam vir erat; & quod videatur elogium, patet virtuti propudium; igitur si puderet, virtutem superari per ætatem, & placet, ætatem subijcere per virtutem; tædet, quod vir esset infans unius anni in ætate virtutis; & plauditur, quod infans Benedictus esset vir summe virtutis in puerilitate ætatis. Prius à Gregorio Magni. ubi supr. nominatur vir, quam puer. *Fuit vir vite venerabilis, ab ipso pueritiæ tempore cor gerens senile.* Aptè *Senile*, quia cum esset iunior, nihil tantum puerile gessit in opere. Vir, & senex, cum esset puer. Summa perfectionis obtinetur in his ætatibus: & vir & senex puer Benedictus plauditur à Doctoribus; ut constaret quod pueri finis perfectio non haberet principium à principio, sed à summo.

8. A stipulatur D. Thom. *Opusc. 13. cap. 7. & 2. 2. quæst. 189. art. 1. ad 2.* ubi infit: *Quod summum & infimum tripliciter accipi possunt.* Uno modo in eodem statu & in eodem homine: & sic manifestum est, quod nemo repente fit summus, quia unusquisque rectè vivens toto tempore vite sue proficit, ut ad summum perveniat. Alio modo per comparisonem ad diversos status: & sic non oportet ut quicumque vult ad superiorem statum pervenire à minori incipiat. Tertio modo quantum ad diversas personas: & sic manifestum est, quod unus statim incipit non solum ab altiori statu, sed etiam ab altiori gradu sanctitatis, quam sit summum ad quod alius pervenit per totam vitam suam. Unde Gregorius dicit in 2. *Dialog. Omnes agnoscant à quanta Benedictus puer conversationis gratiæ & perfectione cœpisset.* Repente igitur Benedictus fit summus.

S. Benedictus dicitur a pueritia summi.

1. Regi 13. 1.

Gregori Magni.

Incipit à summo virtutis.

D. Thom.

Et ab altiori gradu sanctitatis.

Manriq

Tempus & mensura.

Oroz.

Bern.

Ab ætate transfusa in virtutem.

Matth. 17. 20.

Quam fecit superat.

mus, uti coram Domino magnus; non solum incipit ab alio statu perfectionis, sed etiam a gradu sublimiori sanctitatis: equidem habuit originem, ubi perfectus habet consummationem.

Idem:

9 Astruat quoque excellentiam D. Thomas ibid. quæst. 161. art. 61 & quæst. 62. art. 4. ad 4. Ibi enim inter duodecim gradus humilitatis assignat ultimam Timorem Dei: & S. Benedictus Pater Monachorum, Timorem Dei describit ut primum gradum. Primum itaque humilitatis gradus est (inquit cap. 7. Regula Sancti.) si timorem Dei ante oculos semper etc. Quomodo igitur intelligendum summum esse inimum, & primum postremum? Præceptor Angelicus qui questionem excitavit, ubi supra respondit. Non est aliqua eiusmodi varietatis difficultas, quantum ad diversas personas: & quod ut summum proponitur a Doctore Angelico, ut exordium signatur a Benedicto; quoniam in illo primus gradus perfectionis est ultimus sanctitatis. Uanquique recte vivens proficit toto tempore vite, ut perveniat paulatim ad summum gratiæ: & dicitur perfectionis inchoatio, quæ constat etiam sanctitatis perfectio: quippe parit in Benedicto minimum, quod alijs maximum. Singulari prerogativa dignandus erat, quem ut miraculorum mundi gratia Domini præparaverat: & sanè miraculum, quod in puero esset perfectionis hos, gratia quæ in alijs electis erat maximum quod sic.

S. Ben.

Illi perfectio- nis inchoatio, quod a lijs summa perfectio.

Psal. 137.

De via Solis dicitur a Davide: A summo caelo egressio eius & occurfus eius usque ad summum eius. Sol Occidentis celebratur Benedictus: igitur quasi Sol refulgens, sic iste effulsit in templo Dei. Idem claret argumentum de cursu Solis, ac de Sole mirabilior Occidentis. Egressio principium est: summum est finis, quippe cursus meta: & initio cursus pueri finis conceditur forma; quoniam habuit ab infantia perfectionis, summam perfectionem finis. Summum in rebus est, supra quod nihil cogitatur ultra, igitur in fine non est semita: & dum Benedicti Solis describitur in virtutem egressio, cursus incipit a summo; siquidem dum cogitavit egressum, ab initio transvolavit perfectionem aliorum.

Et ab infantia.

Geneb.

Cur plaudunt Occidentis

A summo egressio: id est, ab ultimo Orientis puncto: subdit Genebrardus hic. Implicat voces in periodo brevissimæ auctoritatis. Si orientis signatur punctum, erit primum, non extremum: & vocatur ultimum punctum orientis, quod primum in cursu Solis; quippe perfectio Benedicti habuit natiuitatem, ubi aliorum perfectio consumma-

tionem. Non cursui communi conferenda singularis virtus: cum via Solis æquandus Solis rationalis egressus. Magna micat in Benedicto velocitas, cum Sol, ut cursum peragat, assumat alas: & ab orientis ultimo puncto, in admirationem orbis, Benedicti figuratur Solis egressio; quoniam insigne miraculum inter electorum numerum, quod primum momentum perfectionis orientis, esset ultimum virtutis.

Ab ultimo orientis puncto (in fine idem) a maxima elevatione id est meridiei. Magnam, quod a summo egressio; magnum, quod esset in egressione exaltatio; & magnam etiam, quod exaltatio in ultimo orientis puncto: sed maximum, quod omnino singulare in cursu sanctissimi pueri: igitur si meridies signat elevationem Solis, & oriens cum fulgore principium lucis; cursum Benedictus consummavit, dum incipit: quandoquidem quam alij in meridie, habuit exaltationem in oriente. Dicitur Va es Regius. A summo usque ad summum. Ultra summum non est quod: implicat summum & plus. Semitam ignorat avis, ubi occurrit finis. Quæ ergo lege summum erit, dum summum restat? Quia virtus magna progreditur ultra. Summum virtutis cogitatur iuxta gradus perfectionis: & in Benedicto summum invenitur ultra summum; quoniam aliorum virtutis maximam, illius virtutis principium.

Idem.

In oriente habuit meridiem.

Superfectionis exaltationem.

Sap. 84. 1. Syr.

Et in principio finem.

In.

Ben.

Accelerante gratia.

Eccl. 18. 6-7.

Homo non pro hominis conditione, sed pro nobilitate.

Ludo Promethei.

Benedictus singularis in cursu virtutis.

Illius flamma virtutis accensa, ubi aliorum virtutis.

Innuat Doctor Mellissus de Grat. & liber arbitr. ubi subdit in propositum, rationem grave argumentum. A fine usque ad finem: hoc est, ab ortu creature ad finem, in quem viget natura, vel accelerat gratia. Si ab ortu, qua lege a fine? Si a fine, ubi consummata perfectio, quomodo finis erit in principio? Quia acceleravit in principio gratia usque in finem destinata a natura. A natura virtutis designatur per ætatem: a gratia tempus mensuratur per virtutem: & patet Benedicti principium aliorum finis, ubi virtus perfecta; quoniam ætatem transiens, cepit a summo. Magnus fuit ab ipso pueritie tempore, nesciens impedimenta pueritie: siquidem nonnumquam magnum, quod principium virtutis a fine sit perfectionis aliorum.

12 Locum habet interpretationis testimonium difficile. Cum consummaverit homo, tunc incipit (ait Sirachus) Quid est homo, aut que gratia illius? Ut constet quid sit homo, a principio & a fine pendet cognitio. Homo hic non sumitur pro conditione hominis, sed pro nota nobilitatis. Hinc Psalm. 86. 5. Homo & homo: id est, homines insignes. Eccl. 12. 13. Deum time & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo: & sic alia. Genuina patet explicatio, dum hominis demonstratur perfectio: siquidem insignis, si incipit; ubi alius cursum perfectionis consummaverit. In ludo Promethei (quo cursus accensis lampadibus) extincta flamma currenti abnuevat locus: sed cursum alter incipiebat lucide, unde prior immotus fumo lucerna. Vide Dionysium Lamb. in illud Lucretij lib. 2. de Rer. natur. v. 82. Et quasi cursores vitæ lampada tradunt. De quo Nos alias & cum pipere. Pater ludus argumenti exemplum lucidum: quippe in hominis conditione semper magnum; quod in cursu vite videretur accensa, ubi aliorum flamma legebat extincta.

13 Aliter cogitabo. Quid est homo? Alij: Quis est homo? Interrogatio huiusmodi nota admirationis est, & indicium novitatis. Consummatio hominis, maxime insignis, designat finem, quem qui incipit, attingere nequit, nisi per longam ætatem: & dum consummata describitur cursus ætatis perfectio, præ admiratione dicitur, Quis est homo? quoniam ut mirabile videretur ultra hominem, quod virtus eius obtineat natiuitatem, ubi aliorum habet finem. Cum consummaverit homo, tunc incipit. Quisnam ergo? Quis est homo? Benedictus, qui incipit virtutis cursus; in virtute consum-

matus: qui magnus iure, vel a pueritia tempore: quandoquidem pectoris flamma est accensa, ubi pro scitio non ultra.

14 Pendere sequentia: Quis est homo, aut que gratia illius? Apud interrogatur de gratia, cum tanta in puero rutilent mirabilia. Perfectionis eximia exponitur in consummatione magnitudo: & adhuc cum gratia præ novitate inquiritur, Quis sit homo: etenim omnino novum in homine, etiam virtutis cupido, quod tanta esset vel a pueritia fluminis gratie inundatio; ut homines consummatos in virtute, superaret in oriente. Gratia facit alios gratos, & eorum in culmina perfectionis dirigit gressus: in Benedicto non direxit gressus; sed volatus: quandoquidem ut citò & protinus perfectionis cacumen ascenderet, fecit pennata, quod puer ætatem transiret. Canit in Poem. Bened. Paulus Diaconus: O puerile decus transcendens moribus annos! Exuperansque senes; a puerile decus!

15 Præcis videbatur sine temporis proportionem, nihil in homine insigne, quasi egregia essent sub virtute temporis, & minime sub potestate virtutis. Unde factum, pueros gratia Numinis repente virtute viros. Canit Ovidius lib. 9. Metam. Fab. 10. — Petet: supplex Ab Iove Gallirboæ natis infantibus annos Addat.

Iupiter his motus privigna dona, nurusque Præcipit, facitque viros impudibus annis. Cedant fabulæ miraculo gratia; quæ quidem prodigiola in pueritia Benedicti: igitur præcurrens velociter annis, æquavit meritis, & in principio cursus; ut effluget vel in limine gloriosus: siquidem qui puer ætate, vir erit iam perfectione. Exultavit ut gigas ad currendam viam, elatus in superiori per Numinis gratiam; etenim puer gigas præstabat in culmine perfectionis, & vir impudibus annis. Adinstat Ioannis cursus, in virtutem Benedictus dirigit gressus. Iunior erat, Petrus senex: ille in tramite ætatis: hic in limite virtutis: & patet perfectionis magnitudo, quia cum currente duo simul; iunior præcurrens citius senex Petro.

16 Nota in auctoritate acumen, dum videtur primo luminum iacta ostendere implicationem. Currebant duo simul, & ille alius discipulus præcurrens citius Petro. Currere & præcurrere contrarietatem sonat: præcursus currentis antelationem signat: quomodo simul currere poterant, si unus præcessit; vel præcurrere citius ille alius, dum simul cursus? Ut clarerent stemma nobi-

Fulsi in oriente esse.

Atque a virtute vicia.

Ovid.

Benedictus vir perfectio- nes, puer, ætate.

Ioan. 20. 4.

Ubi sup.

hile perfectionis virtutis puerilibus annis. Per Petrum signatur & ætas & virtus in limite: per Ioannem utraque in tramite. Per hunc in perfectionem cursus: per illum autem perfectionis terminus: & cum duo simul cursum in consummationem peragerent, astruitur ante seniore[m] currere iuvenem; in demonstrationem gratiæ, & magnitudinem peccatoris iusti charitatis vulnere: siquidem dumtaxat amor, dum utrumque stimulabat, efficere quibat, non solum iuvenem æquare virtute senem, sed præcurrere iuniorem. Currebant simul, quia utriusque in idem intentum: sed præcurrat alius, ut amplioris amoris pateret cursus: igitur iuvenis culmen nactus est auxilio gratiæ, ad quod alius pervenerat senectute. Currebant simul, ut esset in ætate iunioris perfectio feminis: sed alius præcurrat, ut nitor gratiæ lucretet: equidem non esset maior, nisi in perfectionem pervenisset prior. Currebant simul: sed iuvenem excedit cursus, quem gratia invitabat in volatus. Cor gratia in maiora impellit: & cursum senis, qui currabat, præcurrat: ut qui vincebat ætate, victus esset perfectione. Currebant simul. Mirum, quod flos ætatis curretet simul in itinere senis: sed magis mirum, ut quod ætas concessit, ætate vinceret. Ætate? Utiq[ue]. Præcedentia, non simulatam cursus sollicitabar, in quam gratia peccatis iunioris urgebat: & seniore[m] antecellat, cum simul curretet; quippe nequibat citius pervenire in ætatis perfectionem, nisi perfectione superaret ætatem.

17 Speculum perfectionis Benedicti constat, ubi virtus Ioannis elata præstat. Cedrus insignis est. *Frugifera non floret*; ait Plinius de Cedro, lib. 13, cap. 5. Etiam florem ætatis negavit florem, cum pro floribus ferret fructum mirabilem. Generosioris arboris planta statim cum fructu est: insciatur fructum vel nitidior flos: & vicit Benedictus moribus decreta ætatis, ne fructum impederent in puero momenta foris. *Ficus enim non floret*. Quod videtur sterilitas est fructibus æstimabilior preciositas; siquidem gaudet duplici fructu, quolibet annu: unum habet cum reliquis arboribus pro tempore & alium profert pro flore. *Ficus non floret*: subdit Plinius lib. 16, cap. 25. *Sic & hominum multis fortuna sine flore est*. Prudens utique sententia, si ubi dicit *Fortuna*, diceret *Gratia*: equidem in Benedicto, adhuc puero gratia efficit, ut florem ætatis sine flore transiret; igitur fructum acquisivit perfectionis, in flore venusto temporis, quo alij atque alij fructum fecerunt natiuitatis.

18 Pro summa novitate obijcit oeg-

lis mentis Dominus per Ieremiam: *Prægnans, & pariens simul*: igitur si semen peccatoris virtus, quod lentè in fructum maturat tempus: novum sanè etiam in fecunda virtute, perfectionem esse sine temporis opportuni perfectione: quandoquidem excellit fructus virtutis perfectus, adhuc in ipsa formatione fructus. Non mirum, quod anima foeta conceptum in lucem proferat; sed quod proferat simul, quod simul esse non potest. Primum est secundari, post eniti: unde in virtutis portentum, dicitur anima *prægnans & pariens simul*: prægnans, respectu ætatis: pariens respectu perfectionis in penetratione temporis: prægnans & pariens anima, non est novitas: simul utrumque, sine dubio felicitas: etenim opus erat, ut transiret ætatem, ut in formatione fructus obtineret formationem. *Prægnans & pariens simul*. Minimè singularè, quod conciperet, sed tantum mirabile, quod pareret, ut concepit. *Immaturo perfectio germinabit*: vaticinatur Isaias de Itaru felicissimo gratiæ, & exemplum exhibet precoc fructus Benedicti. Virtus eius in pueritia est perfectio, & immatura: perfectio, quia fructus uber, opimus; immatura, quia extra tempus: perfectio quoniam fructificavit: immatura, quia dum floruit: igitur in flore ætatis uti cedrus fructifera sine flore transivit ætatem, ut citra maturum tempus virtutis acquireret perfectionem. Alij ut arbores speciose germinant germinantes; alij ut speciosiores fructificant florescentes. *Florete flores*, dicitur iustis viam incipientibus virtutis, in vere ætatis. Splendor virtutis in illis tempus expectat, sed Benedictus proculcat, & in altiora transvolat: quippe dum flos in pueritia splendet, minimè floret, habens in vere ætatis fructus florescentes.

19 Hic virgæ in similitudinem Aæronicæ, impatiens urgentis gratiæ, dum præmebat tempus, erupit unà in frondes, in flores, & fructus. *Vides ramos* (ait Bernardus Serm. de S. Benedicto, num. 6.) *folijs virentes vernantes floribus, onustos fructu*. Cuncta Benedicti mira, uti amori impatienti, simul omnia: igitur simul in illo frondes infantie, flores pueritiæ, & fructus senectutis in viriditate perfectionis. *Fructum quidem multum tulit, sed in tempore suo* (inquit Bernardus de eodem) *neque enim credebatur tempus esse fructificandi*. Illustris pro gratia Benedicti auctoritas: sed proclivis difficultas. Si tempus non erat fructificandi, quo pacto suo tulit fructum in tempore? Quia maturus fructus? quia in puero magnus? quia irregularis? quia omniaq[ue] sublimis? Nihil, & omnia:

Ier. 31. 2.

Joan. 2. 4.

Quam in geniosus amor Christi in gratiarum largitione?

Isai. 49. 20.

Isai. 18. 5.

Isai. 35. 2.

Eccel. 19. 19.

Tempus ad fructus non expectavit.

Bernard.

Tempus ad virtutis perfectionem extra tempus.

Bernard.

omnia: mira in illo operabatur gratia. Verum quæ? Tempus non suum vocat suum: etenim non tempus fructificandi, erat tempus Benedicti. *Nondum venit hora meæ*: respondetur petitioni cuiusdam miraculi. Miraculum fit, & hora non est? Excellentia favoris oritur non tantum ex patratione miraculi, sed ex tempore: equidem ut fieret specialissimè gratia; quoniam non venerat, iam venerat hora. *Perpente. Non venit hora: & dicit Mea*. Quid hoc? Tempus non proprium, est proprium benefactori insigni, gratijs hominum incessanter studentem: & assertor dicit Matri, non solum Hora, sed Mea: igitur hora erit proprie ad miraculum mea, dum non est hora. *Perfulsit favoris lux*, quoniam favor ultra spem.

20 *Filij sterilitatis mea* dicebat exultans Ierusalem. Sterilitas ignorat fecunditatem & filij matrem sterilem: qua ergo lege laborabit sterilitate, fecunda innumerabili prole? Facilis sensus literalis, dum Ierusalem vidit filios in catenis. Sine filijs septuaginta annis permansit, quasi numquam perasserit: & apertè dicuntur filij, & ex sterilitate; quia postliminidè cognovit, quos desperabat videre. Allegoricè clarior sensus, quem Benedicti interpretabitur virtus. Filij dicuntur operationes hominum, quæ à corde tamquam à genitore procedunt. Sterilitas est tempus infantie vel pueritiæ, in quibus non tam intenditur in operari, quam in esse; quod quidem sterile est, quia ferre fructum non valet, ubi videtur nec flos. Filij, qui fructus, attinent ad operationem; sterilitas autem spectat brevis temporis ætatem: & fructus Benedictinæ virtutis dicuntur merito filij sterilitatis; quippe quam Benedictus in sterilitate pueritiæ, obrinuit fructus destinatos perfectioni. Spes concipitur fructus, ferendi ætate matura, dum viget viridis virga: quicumque illo in articulo fructus, non absq[ue] designabitur sterilitatis factus: unde summa in Benedicto virtutis dicitur meditantè fetus sterilitatis; quoniam in pueritia, ubi non micabat flos, tulit fructus perfectionis, & magnos, & ultra spem.

21 Ipse Benedictus indicavit, ubi fructus vel ipse non cognovit. *Multum tulit in tempore suo: neque credebatur, tempus esse fructificandi*: dicebat Bernardus. Fructificandi utique erant, & non tempus. Non erat tempus, quoniam tempus pueritiæ: tempus erat fecunditate singularis gratiæ. Fructum tulit sibi conficius: & rutilavit in pueritia magnus; equidem quem fructum mirè portabat, idem ipse non credebatur.

Bernard.

Quis putas puer iste erit? *De fructu eius sunt sanctitas eius, iustitia eius, pietas eius. Sanctitatem miracula probant, doctrina pietatem, vita iustitiam*. Hæc Bernardus ubi supra: quæ quidem videbimus seqq. Didascalij. Quis putas puer iste erit? Quis cuius perfectio incepit a summo? Quis cuius (canit de Baptista ubi supr. Paulinus Consulatis v. 221.)

*Iam mens plena Deo tardos prævenerat annos?*

DIDASCALIA VII.

S. Benedictus mundum cum flore despexit.

1 Nisi ubi iam Gregorius Magnus. Pater hominum a paradiso exilavit inivit: Pater Monachorum recessit sponte, ut altueret è corde mundi despectum, dum voluntarium eligebatur exiliium. Nulla spes redeundi, nisi post longa tempora adhaerit Adano: secus verò penè infanti Benedicto: & mundum ultra prociucavit florescentem, quoniam fugit floribus ad coronam invitantem. Floribus olim ornabantur sepulchra: unde illud.

*Cineres quoque flore tegantur.* Vide, si lubet, Prudentium in *Cathemer.* Hymn. 7. & Virgilium *Æneid.* lib. 6, v. 883, qui v. 708. etiam de tato functis canit:

*Floribus insidant varijs, & candida circum Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.*

Patet igitur extincto Benedicto vita mundi, si relinquat in flore. Mundus sæpe despiciatur, & sæpe flos retinetur. Retinetur, dum non recessit animus, unde profugit corpus: & Benedictus mundum cum flore despexit, ubi in mundo mundum fugit; quoniam recessit mente, unde recesserat corpore.

2 Ut Benedicticeretur, vocavit Deus Abraham. *Benedicam tibi* (ait) *erisque benedictus*. Cur igitur duplex felicitas exponitur? Quia bis vocatur. *Perpende. Egrederere* (dicitur) *de terra tua*. Quid? Iam enim egressus fuerat. *Tulit Thare Abram filium suum, & Lot, &c. & educit eos de Ur Chaldeorum, ut irent in terram Chanaan: veneruntque usque ad Haran, & habitaverunt ibi*: astruitur cap. anteed. v. 31. *Quomodo igitur inde egredi iubetur, si non erat ibi? Aptè. Ibi remanserat, unde discesserat: & iteratur edictum, etiam post exitum, ut egrederetur mente, unde egressus fuerat corpore.*

Bernard.

Paulinus

Gregorius Magnus.

Floribus olim ornabantur sepulchra.

Fault.

Virgil.

Quid flos in mundi despectus?

Gen. 12.

Verf. 1.

Minime florem cum mundo despexit, dum terram propriam reliquit; igitur florebat in ariditate pectoris, mundus qui evanuit ab oculis. Egredere iam egressus, ut sis vere Benedictus; qui quidem inter mundi florida amena gaudia, ut semel & simul relinqueret omnia; adhuc in paradiso vernantis pueritiae, despexit mundum cum florum hilaritate. Succinit Paulus Diaconus in Poem. de S. Benedicto:

Flos paradisi tuus despexit florida mundi.

Paul. Diacon. Virtus habitus ut Vinc. Chartarius de Imag. Deor. in Minerva ut qua apud nos diversario non invento, in alias regiones migret. Quapropter cum natura rationalis suapte vehatur in splendorem virtutis, ut minime lateret fatagens habitus, & custodiret peregrinam pedes; adumbrata fuit floride lamineis aereis subtili cerebro, & scripta marmoribus nobilibus scalpro. Virtutis comes Fortuna, & etiam Fama, quasi virtutis vita, quarum symbolis Aegypti plena templa: igitur haudquaquam nitent ad emulationem exempla virtutis, si facinora lacerent sepulchra in terra oblivionis. Ne inter Hebraeos periret memoria habitationis solitudinum, institutum est festum Tabernaculorum: Græcè Scenopégia, quippe subdio, vel extra domos figebantur tabernacula. Ut discant posteris vestri, quod in tabernaculis (alii in Turgarijs) habere fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Aegypti. Ita Levit. 23. 43. Hinc ad memoria thyrsum rutilabat compactus ex palma, citro, myrto, & salice. Sumetisque vobis (dicitur) die primo fructus arboris pulcherrima, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente. Palma nota quidem. Arbor pulcherrima Citrus indicatur, de qua Loricus hic, Alapid. Ribera de Templ. lib. 5. cap. 13. Abulens. quæst. 24. Alcazar 2. tom. in Apoc. in Append. post Cantie. tract. de Malis-mediceis, & Ioann. Baptista Ferrarius in Hesperid. tor. lib. 2. Lignum densarum frondium, Myrtum signat, præter præfatos, liber 2. Esdr. cap. 8. 15, atque Salicem, qua ibid. vocatur lignum memorosissimum.

4 Primo igitur luminum iactu videtur dumtaxat fasciculos frondium, & latebat mystice reticulum virtutum illustrium: eundem palma victoriam, citrus sapientiam, myrtus vivam mortem, atque falix perpetuam deservabat castitate. Ita Hieronymus in cap. 14. Zachar. 16. Lorin. in Levit. 23. & Pierius Hieroglyph. Aegypt. lib. 50. cap. 1. & 24. lib. 52. cap. 23. 24. & in Append. ad

Hierogl. lib. 2. cap. 34. & seqq. Huiusmodi ritus, verum depravate imitati sunt Ethnici in superstitiosa Nomini religionem. Hinc Papin. Statius lib. 8. Thebaid. v. 800.

Geminas ergo illicet aras Arboribus civis, & aualto cespite texti Imperat, innumerosque Dea sua munera flores, Et tumulos frugum, & quicquid nova integer annus

Addidit Eric igitur haud dissimilis plausus, pro tempore quo deserta Instravit, & illustravit N. Patriarcha Benedictus. Palma, citrus, myrtus, falix, victoria, sapientia, mors viva, & invicta castimonia in festo Sinagoge rutilant quasi in umbra: veritas micabit splendore virtutum; siquidem vox exultationis, & lætitiæ in tabernaculis iustorum. Transibimus enim hinc seqq. Didasc. detecto primo fulgore virtutis, in locum tabernaculi admirabilis, & usque ad domum Dei; patefacta cæli gloria degenti in hac miserabili vita.

5 Palma igitur prima est arbor thyrsum Hebræorum ornans in Tabernaculo- rum festivitate, quæ quidem signum victoriæ. Apoc. 7. 9. & Pier. Valer. lib. 50. cap. 7. In eiusmodi intantum dicitur apte non folia, sed spatulas palmarum; quia folia habet palma in similitudinem gladiatorum: siquidem ni refecerent effreni pectoris appetitus, marefecer. vel evanescer triumphus pulcherrima laurus. Spatulas palmarum, quia quasi victores terrena calcamus: ait Hieronymus ubi supr. Incircò decreverunt Luna, symbolo temporalium, incipiebat solemnitas Tabernaculorum: quippe numquam obtinetur palma, ni proculerent transitura terrena. Victor itaque laudatur Benedictus, vel agens pueriles annos. Mundum floribus ridentem proculcavit, spe aridentem in flore ætatis despexit: & dum sprevit pompam, obtinuit palmam. Mundum sprevit, imò reliquit: quo pacto si erat in mundo? Quia non erat. Brevi demonstravit Gregorius in Prefat. vit. Benedict. Dum in hac terra adhibet, quo temporaliter liberè uti potuisset, despexit iam quasi aridum mundum cum flore. Perpende: Dum in hac terra adhibet effect. Quid? Post non erat in terra? Non. Mundum cum flore indicavit aridum. Aridum cum flore? Utique. Haud arbitreris Benedicti cognitionem defectuosam, sed mundi definitionem adæquatam. Flos mundi est eius gloria: ariditas mundi eius essentia. Verfatilis, fallax, sed amena oculis scena mundi (vulgo Tramaoya.) conlat ex ariditate & flore: ideo ut alliceret, ostendit

Stat. Symbola virtutum Benedicti. Hieron. Verf. 34. Unde Be. nedictio victoria ex mand. Gregor. Magn.

Festum Tabernaculorum.

Levit. 23. 40.

Solemnitatis.

Quid fig. n. fieri

Math. 4. 3. Non erat ubi erat.

Ioann. 8. 23.

Angust.

Homo, mundo despexit, non est in mundo.

Unde Be. nedictio victoria ex mand.

Gregor. Magn.

Vivitur extra, si eius gloria concipitur falsa.

Diabolus & mundum & gloriam: igitur sine specie, aut larvâ bractæata gloriæ, nihil est mundi. Modò ad rem. Est in mundo, qui intendit in gloriam mundi: non est in mundo, qui negat mundo vel speciem gloriæ: & Benedictus dum in hac terra adhuc esset, fuit extra mundum; quia mundum floridum indicavit aridum.

6 Ut ad meliora revocarentur Pharisæorum corda taxea; ita illos alloquitur Redemptor N. Vos de mundo estis, ego non sum de hoc mundo. Præter excellentiam originis, & expressionem Deitatis, intendit Dominus demonstrare differentias affectuum cordis. Unde illud: Ego non sum de hoc mundo, idem est, ac Non sum in hoc mundo: sicut dixit discipulis, Ioann. 15. 19. De mundo non estis. Quod quidem astruit Angustinus Tract. 38. in Ioann. ubi inquit: Si autem te delectat mundus, habitet in te qui mandat, & eris mundus: si autem fueris mundus, non manebis in mundo. Ergo occurrenti quæstioni, in testimonio latenti. Quisquis est homo, est in hoc mundo, quippe est de mundo. Si Christus & Pharisæi degunt in mundo; quomodo hi sunt, unde sunt; & Salvator, extra manet, ubi est? Idem est locus. Sanè: verum non idem affectus. Haud pendet mansio à loci circumscriptione, sed ab amore in visceribus latente. Christus mundum introspexit aridum, dum se oculis ostentabat floridum: Pharisæis depravato affectu cordis blandiebantur flores ariditatis. Christus despexit mundi apparentem in blandivina pompam. Pharisæi volitantem, fallacem adamabant apparentiam. Est in mundo, cui mundus placet: extra mundum est, cui displicet: & Christus Dominus non est in mundo ubi est; quia mundo & floribus eius nec curiose adhæsit cor.

Uterius. Pharisæi intendebant in gloriam mundi, Christus mundi minime videbat gloriam, vel quia in illo nulla, vel quia æstimatione vacua. Est in mundo, qui habet cor, ubi figurat pes: extra mundum, qui collocat affectus cordis, ubi cor calcatur, & minime pedes. Est in mundo, qui in inanibus concipit veram gloriam: est extra mundum, qui gloriam, quam videt & non videt, concipit falsam: gloriam nempe adinstar floris, oculos amenantis, nihil pulchritudinis habentis præter colores. Qui his floribus delectatur, est in mundo vacuo gloriæ: qui vacuum arbitrat, est intra mundum, & extra. Unde Christus Dominus cum esset in mundo, erat extra sphaeram mundi; quoniam cor celestia cogitans, mundum despexit cum flore.

7 Quis, estò Benedictus vitam ageret

celestem, non arbitrareretur in mundo habere mansionem? Extra mundum fuit: ait Gregor. Magnus lib. 2. Dialog. cap. 35. Extra mundum: Ubi erat? Ubi mentem collocarat. Ibi ubi: & arte mirifica, cum esset in mundo; & extra. De mundo erat, igitur homo: & mirum in Benedicto, quòd ibi non esset, cum esset de mundo: illi igitur mundi florentis evanuit flos; quo aridente, in mundo extra mundum fuit. Extra mundum. Despexit quasi aridum, qui oculis pueri ut caperet, se ostendebat speciosum. Mundus constituit, quem habet, exulem, si videt à corde expulsum æstimationem: & Benedictus mundum floridum despiciens, vivebat in mundo & extra; quoniam quem prospiciebat, introspexit sine gloria. Aliter promam. Est extra mundum, qui mundum aspicit, quasi esset extra. Dialecto vernacula vigilantius: Està fuerat del mundo, quæ mira al mundo como de parte de fuera. Mundum extra oculus aspicit, si fugientem mundus fugit. Unde Benedictus in mundo, erat extra ambitum mundi, quoniam mundatq in quo erat, aspiciebat à longè.

8 Astruit Propheta Evangelicus de Iusto. Oculi eius cernent terram de longè. Videtur itaque omninò difficile. Si mundus terra est, & habitat in superficie terre, qua lege oculi eius cernent terram à longè? Non supra terram vivit, sed in terra: quomodo si apud illum, terra procul? Quia procul à corde, quam crebrò proterit pede. Oculi terram proximam cernunt à longè, dum oculi tantum cernunt: siquidem quæ cor despicit, non videt; & quæ non videt, dum cernit, cernit de longè. Iste oculus cor trahit in anplexum specierum, ante cogitationem, ut alliciant, volitantium: & longè patent phantasmata gloriæ picturata à pectore, dum proximam cernunt etiam oculi de longè. Si longè mundi gloria; nihilè novum, quòd non videretur iuxta: affectus cordis elongant, vel trahunt obsecra: & ut pateret, quam despectus mundi falsus: à longè videt oculus, quem elongavit affectus. In terra, & longè à terra. Procul proxima tellus. Quomodo eminus, dum lumina cominus? Ostendit, ut victoria potiretur, Benedictus. Iuxta, quoad mentis locum; procul, quoad æstimationem. Vivitur in mundo, qui quidem terra, ubi non penditur, uti terra, mundi gloria. In mundo non est habitans locus, ubi gloria fit contentus: cum ergo propior eius vanitati, sit in mundo, & extra cui displicet insulens lenocinatio; extra mundum & intra, dum vixit, habitavit Patriarcha. Intra, quoniam

Greg. Magn.

Benedictus in mundo extra mundum fuit.

Isti. 33. 17.

Gloria mundi evanescit de spici cernit.

Hæretici in terra, longè à terra.

erat in mundo, & non in celo. Extra, quia cum proximus esset glorie floride mundi; quoad estimationem, eius oculi terram viderunt a longe. *Habitavit secum*: inquit Gregorius ubi *supr. cap. 3.* Ubi erat? in mundo. Et secum habitat? sane: non erat in mundo; igitur est extra mundum, qui habitat secum. Secum habitavit, quia mundum in quo habitabat, despexit. Habitationi debebatur locus, qui quidem non erat mundus; quoniam deficit mundus, si proculcatus.

Secuti sunt Salvatorem Apostoli, relicti omnibus, sperantes missi mundi mercedem in caelestibus: verum cum premium urgeat in ardua virtutis, & allevet moestitudinem pectoris, dixit Assertori-Cephas: *Quid ergo erit nobis?* Haud protrahit gestis praemia, qui fecit, ut florent meritoria: unde illicet omnibus respondetur: *Vos qui secuti estis me, in regeneratione :: sedebitis, &c. In regeneratione*: id est, in iudicio universalis;

Math. 19. 28.

Hier.

Mar. 10. 30.

Mundus angustat despectus favilla.

Apoc. 10. 6.

ria apparentia. Cum tempore mundus vivit, sine tempore decedit. Unde in Benedicto magnum, quod tempore florentem, mortuam respexerit mundum: igitur de eius pompa, imo fallacia, ab illo iam actum est, & nunc in tempore hoc. Postior igne patet abstractionis virtus; quandoquidem perleverat transiens tempus, & non mandus. Cum mundus perierit, iudicium mundi sequetur, quasi oratio funebri in exequijs post conflagrationem orbis: & in tempore Benedicti erat tempus, & iudicium mundi; quoniam in illo tempore fecit iudicium de universi vanitate. Suppetit causa. Atripuit a mundo essentiam, dum cognovit vanitatem eius formam. Mundus perit, dum cordi displicet: & cogitavit, tunc tempus esse iudicij contra vanitatum luxu, patiens a Benedicto urentes flammis despectus.

Aspiratur veritati Redemptoris auctoritas: *Nunc iudicium est mundi*, dixit Iudicis, audientibus Echnicis fecerunt sententiam Praeceptoris. *Nunc*: iudicium mundi, post mundi excidium, & vanitatis exitum: qua ergo causa tunc iudicium? Quod venturum, necdum venit: quomodo factum, quod fiet? Si adhuc perseverat fabrica vanitatis, quo pacto etiam tunc redacta in cineres? Mandus utique non Phoenix: si stat modo, quomodo evanuerat mundos? Propter peccatorum despectus. Mandus erat, ceterum Christo periverat. Iudicium erit, cum luce funesta cinerum, ostendat columbina vanitatum: cum in feram respicietiam cordis, speciem amantis, demonstret languidos superbiae flores; ut legat in flammis, & globis ignis, quod non intellexerat in amaritudine & merore voluptatis. Finem habebit mundus in consummatione: etiam contemptus finitur in tempore: & inter spei fallacem, & gloriam mundi ridentem, dum a Christo despiciente tunc clarebat vanitatum proculcatio; tempus illud, quod iam venerat, erat tempus iudicij misero mundo. Iccirco relinquentibus omnia, sedes a Christo promittitur iudicaria. *Sedebitis iudicantes*. Quid iudicaturi modo? Quod ante consummationem pateat orbis consummatio. Num decedit? Non subsistit? Ne: verum subsistendo, perit; stando cadit. Erant in mundo, ceterum mundo despecto: & non est mundus, ubi fugit estimatio. Erant in mundo, sed cogitatio extra mundum: & modo iudicant tempus tanquam mundi finem; quoniam mundus ultra florem cogitationem. Erant in mundo sine estimacione, & pretio pretiosi mundi: &

Benedicti perit mundus ante 18. pui.

Ioann. 12. 31.

Sine aestimatione non est gloria in gloria mundi.

Marth. 19. 28.

Nec mundus.

tunc mundi perijt esse; quoniam forma & esse mundi ita in estimatione.

12. Pareat corde insipientibus veritas, vel ut aptius dicam, gloriola salitas. Ut Iudaei contunderentur incredulitatis propudicium, vel reciperent erroris, diffamato miraculo; dixit negantibus fidem, Assertor N. *Venit hora, & nunc est, quando mortui auaiant vocem filij Dei*. Sane protervitas, dum mortui audiunt, & illi audientes non credunt. Articulum iudicij universalis, post egyptosim orbis, exhibet oculis Dominus; sed dignam admiratione signatum tempus. *Venit hora, & nunc est*. Quomodo nunc, quod post, & futurum praesens iam? Quomodo venit hora; quae veniet lapsis annorum millibus; & nunc, quod novissimis temporibus? Quomodo iam iudicium mundi, si destinatur superventuro tempore? Quia nunc mundus iudicatur, est hora iudicij mundi. *Nunc*. Non faciunt mundi iudicium (transeat phrasia, ob utilitatem acuminis) qui vivunt mundo, & in mundo. Recte cogitant de mundo & vanitate; quando mundum vivunt mortui. Rutilat mundi apparentia; & dum cognoscitur apparentia, iudicij iam venit hora: quippequam habet in hominis corde, quam habebit sententiam in novissimo die.

Ioan. 5. 25.

Perit mundus, ubi mundus perit homo.

Habet in hominis corde iudicium universale.

mundo extra mundum fuit. Liquet translatio cordis; & solutio & vitae vinculis, dum (uti canit S. Paulinus *Natal. 5. v. 66.*)

Cernitur & non Cernitur ipse, nec ipse vir est: cum sit prope, longe est.

Ignoratur, notusque suis fit civibus idem. Est in mundo, qui in illo cernitur: & abest, si non cernitur a mundo. Est in mundo, qui vivit in carne; sed fugit, ubi ipse in carne non ipse. In mundo, qui notus illi, & extra, qui cognitus ut ignotus. In mundo, cui prope pes, & extra, cui longe cor. In mundo, qui inuenit ut delectabilem vanam eius pulchritudinem, capedijs oculorum florentem: extra mundum, qui hauiumodi paradisum arbitratur vanitatem. Cor est mundi, si mundus floret in corde. Cor & extra mundum floret, si in illo mundus arefcit, luxia affectus sunt iudicia: & habent perpetuas vana apparentia, quorum odio vel amore surgat, vel gravantur corda: siquidem plus decinentur in mundo pondere avestitionum inanum, quam ratione viventium: unde Benedictus, dum in mundo, fugit extra; quoniam eius amoris, nihil quae pretiosiora.

14. Ut lumina caeci nati clarentur luce, Atrebiater caelestis collyrium concinnavit singulare: Oculis o bo, ut videret orbem, *Fecit lutum ex spu, & leniovit lutum super oculos eius*. Quae videtur affectio contraria, est efficax medicina. Numquam caecus natus viderat mundum: audierat, & formam contemplant peribat: cultum, varietatis ornatum, theatrum mirabilis pulchritudinis, & floralia venustatis, quae quidem magis excitarent in animo stuporem, quam in oculis innatam ad nova curiositatem; etenim ut acuerent animum in vana pronum, omnia in phantasia caeci volitabant ut miraculum: & ut videret qui non viderat, conficitur medicamen ex terra; quoniam mundi deliciae tantum phantasmata. Cogitantur, & tunc sunt, sed non in re; igitur dum magis irritant in blandimen, nunquam videntur extra cogitationem.

Deinde. *Lutum fecit*, ut captus lumine, videret lumen, & oculos aperiret in cognitionem. Oculos ad orbis intuitum aperire, est eisdem obiecta iudicare; siquidem signum fuisse amentis, duci cogitatis, caecis oculis, maxime cum species mundi blandientes nocent, ubi subdole genium ad voluptatem invitant. Morbus saepe oculorum, est iudicij; dum mundus cogitatur aliquid magnum in iudicio caeci: unde lutum disponitur ut aperiat oculos, & pateat in quod

Quid temporalis renunciantio? Paulin.

Quid in mundo non est, qui vivit in mundo?

Ioan. 6.

Mundus forecristar, vera fasilat.

Quid mundus videtur a caeci.

quod (si quid) tendant cordi affectus: et enim quod clausis oculis iudicabatur gloriosum, apertis oculis despicabile lutum.

Ultra. Amor sequitur iudicium cogitationis, etiam de enitate falsissima vanitas; & dum sequitur falsum, non est iudicium. Non est iudicium, ubi non rectum, & minime rectum, ni vanitatum splendores, mentes per oculos fascinantes, decreverit apparentes. Numquam adaequant extensionem nimiam cogitationis, adhuc in ambitu latissimo falsitatis; quippe multa & grandia gaudia phantasia allucinata promittit, sed veritas nec apparet, nec responderet. Longe pollicetur eximia, propè fugiant etiam obvia. Cognovit in fonte cum videret, qui numquam viderat, non videns quae concupierat: siquidem cum arbitraretur, apertis oculis, spectarum miraculum; nihil vidit in mundi florentis theatro praeter lutum. Lutum & non amplius, ut respiceret affectus: lutum & luci premium, cum nihil sit in mundo aestimatione condignum.

15 Modò sile. Lutum, ut videret cæcus, inivit Christus super nubilos oculos. Lutum ut videret cæcus, & non videretur mundus. Quid ut videat Benedictus? Omnis mundus ante oculos eius adductus est: inquit Gregorius ubi supr. cap. 35. In oculis Benedicti totus mundus apponitur, & mundi premium. In oculis cæci lutum. Non est differentia in medicina, ut constat: quid mundi gloria: igitur in oculis Benedicti quicquid mundo miraculum, dumtaxat lutum. Lutum, non pulvis, ne gloriaretur mundi pompa, quòd à Benedicto aestimaretur ut terra. Lutum & ex sputo, ne clam constaret de precio: siquidem licet stibellum mundus extenderet vanitatum, & pingeret gloria florum; mundum lutum cognovit, & solummodò cognovit, ut expereret.

16 Mundus ante oculos eius adductus; ut pateret, quòd mundus eiusdem non rapuit oculos. Cognovit ut despiceret: ut fugeret, torvè aspexit. Aestimavit, ut fastidiret; magnum duxit, ut nihil faceret; ac in eius fastidium despexit etiam despectum. Non ut Crates qui divitias contempserit, & contemptum aestimavit. Non ut Diogenes (de quo Erasmus in *Apophtegm.* lib. 7.) qui superbiam Platonis ampliori proculcavit superbia. Non ut plerique, qui victi sunt à victoria. Quapropter Prosper Aquitan. lib. de *Ingratis* v. 4. ait: Ne post consecutum celebris victoria bellum, securus animos incantata pace resolvat. Cui metus eliso iam nullus ab hoste superste, Nec caput attrisi virosum palpitet anguis.

Videtur, cum nullo vide.

Gregor. Mago.

Benedicti mundi premium totum lutum.

Historia vincit, iur pt.

Exasp.

In caelo pavementum erat ex auro; quippe tunc vere despicitur, ubi sub pedibus teritur. Verum observa, quòd huiusmodi aurum dicitur vitrum. *Aurum mundum tamquam vitrum perlucidum.* Vitrum, & aurum? Utrique. Aurum in pavimento signat despectum divitiarum, factum in mundo. Qui vitro incumbit, profectò cadet: & aurum pavimenti, quod calcatur, est aurum, sed tamquam vitrum; quoniam ne labstar cor, in despectu non nitendum. Calcato lucei victoria; sed aestimatio ex victoria gloria, ruina: igitur quod abiectione pretiosum, vanitatis vento confringitur uti vitrum. Vitrum dum premitur, frangitur: ergo pre-mendum aurum, non vitrum: quod quidem frangentem vulnerat, dum divitiarum proculcatio vulnera sanat. Unde in corde omnino nudo, mundi victore, iurè ploratur ut lamentabile; quòd altius vulneretur à victoria, quam ab hoste. Modò haec strictum, quoniam alibi latè. Vide aliqua *Tau. 8. Did. 2.*

17 Mundus adductus est ante oculos Benedicti, dum terram cernunt de longè. Despectus gloria puer intuebatur, unde terram. Terra longè est à pectore; & ante lumina renunciatio proponitur à phantasia. In victoriae clade stat victoria: & dum mundus adducitur ante oculos Benedicti, non tantum terra, etiam despectus à longè. Dum aspexit, despexit; & quod despexit, non vidit. Velle Benedictus, ut quem tamquam nihil dimisit, esset in contemptum aliquid: sed timuit, ne aliquid esse, cogitaret mundus; si experiebatur despectus. Aspexit, quia plus relinquere non potest: despexit, quia minus quam mundus pessundari nequit. Aspexit & despexit: igitur cum totus mundus adduceretur ante oculos Benedicti, oculi eius mundum crevere de longè. Cæcus erat, dum oculis cuncta lustrabat. Cæcus videns: cæcus, ne videret; & videns, ut proculcaret.

18 Subdatur causa. Relinquere mundum, quin aliquid relinquatur in mundo praeter spem, vel desideria; patet virtus, sed non magua. Verum relinquere mundum, dum totus ad gaudium obijcitur oculis; est sanequam rota perfectio virtutis. Relinquere mundum prorsus arentem vel fortuna lava, plenà amaritudinis, & vacua prosperitatis; est necessitas, qua potest esse perfectio, sed non ex habito: verum conculcabit ut mirabile, habere mundum in flore, & relinquere, quin delibetur vel flo-culus levis mundi. Longè abest à mundi prosperitate anima, quoniam saepe fugit prosperitas lumina. Necessitas parit sub hac spe-

Apo. 21. 21.

Despectus est mundi, despectus

Isai. 35. 17.

Oculi Beati Benedicti, ut videtur mundum, cæci & perfecti.

Cor dicit cogitationi, aut ubi mundus in eius blandimentis flagrat.

specie corenam, & tenix lauream: verum omnino inter celsiores praestantem, gloria mundi renunciare, dum illa plane renunciabat principem. Contentur oculi Benedicti gloria mundi, & fortunas florentes, quin fruatur divitijs, quæ coram oculis. Ceteri habent mundum, quoniam non habent: *Nihil habentes, & omnia possidentes.* Alij qui mundum habent in re, voluntarie quasi non habentes sunt. Benedictus gloriam mundi ante oculos habet, & cernunt longè, quasi nihil haberet. Ars fuit in renunciatione bonorum, & in sui abnegatione mirabilius artificium. Aspexit mundum, & aspiciendo despexit. Aspexit ne aspiceret. Aestimatioe utique magis sprevit: igitur gloriam, quam mundas oculis obtulit, non despexit ut haberet; sed habuit, & aspexit, ut proculcaret.

19 In statua Nabuchi ficta, vel consista à somniantis phantasia, lucret tamquam crystallino speculo vera renunciationis imago. Corpus eius constabat ex diversis pretiosis metallis, idolum cui corda humana offerunt ex intimo adorationes, in votis incensum, ac in animo holocaustum. *Huius statua caput ex auro optimo erat.* Verum observa, non describitur coma. Haud videtur parvum ornamentum capiti, quippe turpe sine crine: ideo ibid. cap. 7. 9. sedentis in throno designatur capilli, & *Cant. 5. 11.* etiam coma recolatur Sponsi. Hic tantum aureum describitur caput, non capilli. Ne ideo turpe, sed magis sine ornamento spectabile. Forma pulchritudinis est coma, sed sine coma huiusmodi imagini non deficit gratia. Symbola cogitationum sunt capilli, aurum compendium divitiarum seculi: & in tanta pretiositate opum, in copia inaudita fortunarum, sed abique ulla aestimatione, Benedictus contempletur tamquam statua Nabuchi. Sine capillitio, quia avolvit cogitatio. Actù exhibuit, quod Rex incuriose somniviavit. Statua rationalis aurea speciosa inter mundi opes, sed cogitationes inopes. Aureum caput, sed sine crine; ut materia pretiosa cederet formæ: quandoquidem ex capite, cogitationum origines, in fortuna maicitate, cupiditatum fomite, in divitiarum compendio, non adhaesit gloria mundi vel minima cogitatio.

20 Rationem promere, erit operæ premium. Icti à salamandra percunt comæ. *Qua-cumque parte corporis humani contacta, toti desuunt pilis:* attruit Plinius lib. 10. cap. 67. Eorum, qui amant mundum, capilli sicut in Nabucho crescunt: sed desuunt celestia amantium. Si cogitationes designantur

1. Cor. 6 10. 1. Cor. 7 10.

Dan. 2. 32.

Non ad-basi nisi do vel minima cogitatio.

Isur Salamandra cœn-dit. Plin.

capillis; in pectore Benedicti potens flamma charitatis; igitur arripuit superfluas cogitationes. Amor evanescit, cuius cogitatio fugit. At ubi fugit cogitatio Benedicti, si esse non potuit sine cogitatione? In Scythia Agathyrsi populi abundant auro, sed sine avaritia vivunt, sine amore in metalli pretiosa, cum sint illis quasi terra. Mirum sane, inter divitias sine affectu vivere. Verum quare, quod alij ambiunt per mare, per terras, tam longo climatum tractu, gaudet neglectu? *Cæruleos capillos habent:* ait Ravius Textor in *Offic.* lib. 7. cap. 48. ex Plinio lib. 4. cap. 12. Perperam avaritia regnaret in animo, si cogitationes, indicata capillis, erant in caelo. Non novum, maxime dum despectus connotat animum; siquidem Berenices coma collocata est inter astra. Despexit Benedictus orbem, avertens oculos, ne videret vanitatem. Aspexit cultus, dum venit mundus ante oculos: cæterum in mari spatioso divitiarum, & procella irruentium cogitationum, nec levis quidem, pectoris concussit quietem, nec cordis pacem. Nulla ex tanta perturbatione valu-t commotio; igitur auferatur cogitatio: & si aliqua latuit, vel vanitas genuit, dum florent species sensibiles; subito evanuit, quoniam in illo etiam caelestes cogitationes. Palmam obtinuit, qui victor insignis terrena calcavit, & mare voluptatum convertit in volutatem aridam cogitationum. Nos alio mentes, aliò divinus aures: cæterum Benedicto ob egregia (arripam à Catullo in *Carm. naptial.* v. 11.)

Palma parata.

DIDASCALIA VIII.

Recessit à mundo S. Benedictus scienter nescius, & sapienter indoctus.

I Ngeniosè Gregorius Magnus profert ubi supr. de fuga Benedicti. Romam fugit, & à mundo recessit. Nihil in parte, & toto diversitatis: idem omen & plausus urbis & orbis. Intuitum fugæ per-penderit: *Ne si quid de scientia eius (mundi, nempe) attingeret, ipse quoque in mane precipitium totus iret:* ibidem subdit Gregorius. Fatuus esset, si quid de mundi scientia attingisset: igitur licet transcendere mundum, sapientia huius mundi stulticia est apud Deum. Unde inter sapientiam falsam, & sapientiam; elegit quod infensari per-

Don. 4. 30.

Agathyrsi cæruleos capillos habent.

Rav. Tex. Plin.

Berenices coma inter astra.

Benedicti cogitatio erat in caelo.

Catull.

Gregor. Magn.

Desur, quia mli di nescius.